5840d

busq impedimentis etiam de iure concessibilibus se uti abscribendo Hac sua personali Recognitione in praemissis mediante

Osmolia Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Braescen. personaliter comparens Nobilis Marianna Filia Nobilis Joannis Jakubowski consors Nobilis Joannis Lukasii Sieklucki cum eiusdem mariti personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit. Quia Nobili Carolo olim Simonis Osmolski et eius posteris Bona sua omnia mobilia et immobilia in haereditate Osmolia ... olim Nobilem Dorothaeam Brzezinska genitricem tam iure haereditario quam et obligatorio et alio quovis modo concernentia in areis hortis agris pratis campis sylvis, borris, rubetis, stagnis, piscinis, praeclusione piscium, molendinis, metretis, aedificiis omnibus parvis et magnis et omnibus ac singulis eorundem Bonorum utilitatibus fructibus proventibus reddititibus, attinentiis et pertinentiis cunctisque commodis et obventionibus Nullis penitus exceptis Nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate titulo haereditario et prout se praefata bona in suis metis et limitibus antiquitus habent et extendunt pura mera sincera ac irrevocabili donatione perpetuis ac aeternis temporibus tenendi donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit. Cui iam ex nunc in dicta Bona realem introm. cum actuali ac pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos quosvis officiose acceptandam dat et admittit. Pacemque quoque tuitionem et evictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum cuiusque status et conditionis cuiusvis existentium per et ubivis omnibus praescriptionibus Terrestribus canet sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis Et Coram officio Castrensi Drohiciensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptorie respondere Nullis Controversiis exceptionibus allegationibus motionibus appellationibus ac earum quibusvis prosecutionibus aliisque omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores uti abscribendo et abbreviando Hac sua personali Recogn.

Jakubowskiey Sieklucki Debitum.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Braescen. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Lucae Sieklucki de Siekluki Dictus Drohicien. haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit. Quia Nobili Marianna Filia Nobilis Joannis Jakubowski consorti suae Legitimae ad illam priorem inscriptionem debiti per se recognoscen. eidem Consorti suae super summam Ducentorum Florenorum Polon. Coram actis Terrestribus Drohicien. factam et recognitam Nunc de novo Centum Florenorum Polon. modo etiam debiti respectu resignationis Bonorum eius die hodierna facta et pro se satisfactione Centum Florenorum Polon. ... assecurat atque in unam summam Trecentorum Florenorum Polon.

885